



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Amplissimi Domini Sebastiani Vande Cruys Canonici
Graduati Ecclesiæ Metropolitanæ, & Archipresbyteri Districtûs
Mechliniensis ad Occidentem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

B. Vanden Venne Canonicus B. M.

J. B. Ceusters Vice-Pastor B. M.


A. Van Leemput Vice-Pastor B. M.

F. Van Milanen Presbyter.

Jacobus Buys Phonscus.

Joannes Van Eyck.

Ex eodem Capitulo postea accessit sub hâc formulâ. *Subscribo ex animo.* THYS Canonicus.




EXEMPLAR EPISTOLÆ

Amplissimi Domini Sebastiani Vande Cruys Canonici Graduatæ Ecclesiæ Metropolitanæ, & Archipresbyteri Districtus Mechliniensis ad Occidentem.

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

EPISTOLAM Pastoralem Excellentissimæ Gratiæ Vestræ Pastoribus omnibus Districtus mei communicavi, unâque Literas directorias pro ejusdem debitâ executione, omnesquæ quâ par est veneratione eam receperunt: postmodum famâ publicâ edoctus, in Consilio Statûs præsentatum esse Libellum supplicem adversus Bullam *Unigenitus Dei Filius* sub nomine Pastorum Districtuum Mechliniensis, & Bruxellensis, ad amoliendam à Districtu meo tantæ temeritatis, & inobedientiæ infamiam, Pastores ejusdem conveni penè omnes, & uno ore declararunt, sese in Libello præfato nè vel minimam partem unquam habuisse, sed è contra præfatum Bullam dudum acceptasse, & acceptare, illique, sicut & Epistolæ Pastoralis Excellentissimæ Vestræ

stræ defuper emanatæ debitam obedientiam semper exhibituros; atquè hanc declarationem jam pluri-
mi signarunt, & intrà biduum certò signabunt cæ-
teri, quos vidère licuit; die crastinâ accedam reli-
quos. Atquè interim profundissimâ veneratione sub-
scribor. Excellentissime, ac Reverendissime Domi-
ne, Excellentissimæ ac Reverendissimæ Domina-
tionis Vestræ, Humillimus ac Devotissimus Servus.
*Erat signatum. S. VANDE CRUYS Archipresby-
ter Districtus Mechliniensis. Mechliniæ 16. No-
vembris 1718.*



EXEMPLAR DECLARATIONIS

*RR. DD. Pastorum Districtus Mechli-
niensis ad Occidentem.*

CUM ad aures nostras pervenerit, à paucis in
Consilio Statûs præsentatum esse libellum sup-
plicem sub nomine DD. Pastorum districtuum Me-
chliniensis, & Bruxellensis adversus Bullam *Unige-
nitus Dei Filius*, tametsi hisce in partibus legitimè
publicatam, & acceptatam; hinc est, quòd ad a-
moliendam à nobis ejusmodi temeritatis & inobe-
dientiæ infamiam muneris nostri esse duxerimus
publicare, & declarare, uti per præsentepublica-
mus & declaramus, nos in prædicto libello nè vel
minimam partem unquam habuisse: sed è contrà
præfatam Bullam acceptasse & acceptare, illique,
sicut & Epistolæ Pastoralis Excellentissimi, & Illu-
strissimi Domini Archiepiscopi defuper emanatæ,
debitam obedientiam semper exhibituros. Actum in
conferentia nostra Pastoralis, habitâ in Domo Reve-
rendi